Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Eadem quippe mensura qua mensi fuerit remetietur.
Et apostolus ad elimosinā corinthios hortans inter alia dicit. hoc autē qui parce seminat parce & metet & qui seminat in benedictionib: de benedictionib: & metet. Potest autem & de omnib: quae mente manu lingua gerimus accipi quia tunc reddet singulis in quit secundum opera eorum.

Dicebat autē illis & similitudinem. Numquid potest cecus cecum ducere. Nonne ambo in foueam cadent.
Sensus huius sententiae pendet ex superioribus: ubi dedanda elimosina & iniuria demittenda praecipitur. sic inquit iniuriā contumeliam & contumeliosum filargiriā cauere. numquid tua mente utgata utgumeius cuncta poteris auferre solus qui iniuriā fecit & nostra & iam qui ferre nesciebas reus deputaueris. at si mitem te tuum quilliq: pectoris eius inprobitas inuenerit & ille ad paenitentiā mouebitur & tu patientiae praemio donaberis qui acecum uidente oculo hoc ē. corde sereno ducere cupias ad lumen.

Non ē discipulus supra magistrū perfectus autē omnis erit sicut magister eius.
Si magister quilibet quasi dispotens non suas ultra iniurias sed ipsos malum inferentes reddere mitiores eandem necesse ē discipuli qui puri homines sunt regulam perfectionis sequantur.

XXIII

Quid autē uides festucam in oculo fratris tui trabem autem quae in oculo tuo ē non considerat.
Et hoc ad superiora respicit ubi cecum aceco ducit. id ē peccantem a peccatore castigare non posse praemonuit. Multae enim superbia uel odio filargiria uel auaritia uel alio quolibet crimine puenta leuia haec aut nulla iudicantes acerrime corripiunt eos quos subita uiderint inturbatos oculum mentis a solito puritatis statu quasi festuca inruente mutasse atq: inmemores dominici praecepti quo aut. Nolite condemnare & non condemnabimini magis amant utrumque uere & damnare quam emendare atq: corrigere.
Et quomodo potest dicere fratri tuo frater sine eiciam festucam de oculo tuo ipse in oculo tuo trabem non uides.
Haec cum sint uere agis si uerbi gratia quidam ille peccauit tuo odio reprehendis. quantum autē inter festucam & trabem quasi tantum distat inter iram & odium. Odium ē enim ira inueterata quasi q: usu facta ipsa tantum acceperit ut merito appellari trabes. fieri autē potest ut si iratus homini uelis & iam corrigi. si autē oderis hominē non poteris eum uelle corrigere & ideo impossibile dicit ut festucā fratris oculo demat qui suo trabem gestat in oculo.
Hypocrita eice primum trabem de oculo tuo & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.
Io ē primo abstine expelle odium & deinceps poteris iam eum quem diligis emendare &